

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



## LIBER

Candida purpureis redimitæ tempora sertis

Thæbanum uraniæ continet urna linum .

Ita philosophia nõ a Barbaris sed a Græcis initium habuit: cuius & ipsum nomen Barbaram omnino refugit appellationem. Qui autem illius iuentionem Barbaris assignant: Orpheum quoq; Thracæ i medium adducunt philosophũ fuisse & esse antiquissimum asseuerantes. Equidem is qui de diis talia commentatus est: an philosophus appellandus sit: nescio: uideant certe qui ita uolunt quo sit cõsensus nomine: qui diis cuncta hoium uitia: & quæ raro a turpissimis quibusq; flagiciosissimisq; hominibus geruntur: impingit. Hunc autem a mulieribus discerptum perisse fama est. Caterum ex eo epigrammate quod in dio Macedoniae insculptum est fulmine interisse cognoscitur: & illic sepultus a musis asseritur.

Orphea candenti transfixum fulmine thracem .

Cum curua aonides hic posuere lyra .

Exponunt etiam mores & instituta singulorum: qui Barbaros aiunt philosophiæ principes fuisse. Gymnosophistas ac Druidas obscure ac p sententias philosophari: colendos deos: nihil mali faciendum: & exercendam fortitudinem: priores illos mortis quoq; esse contemptores Clitarchus asserit i duodecimo libro: Chaldaeos circa Astronomiæ rationes prædictionesq; occupari. Magos deorum insistere cultui: & preces illis ac uota & sacrificia quali soli ab iis exaudiantur offerre: de deorum substãtia & generatione differere: quos ite ignem: terram: & aquam esse: signa statuasq; reprahedere: & eorum in primis qui maris esse deos ac foeminas dicunt errores improbare: de iustitia uerba facere: iniquũq; arbitrari atq; impium igni sepelire. Iustum matri ac filio misceri: ut i uigesimo tertio libro ait Sotion. Diuinationem præterea prædictiõemq; exercere: sibi deos apparere asserentes: plenum esse dæmonibus aera: qui tenuiter ac uoluti ex euaporatione acutius cernentium luminibus influant exteriorem cultũ & auri usum interdiceret. His autem uestis candida: lectus humus: esca olus: caseus panisq; cibarius est. Arundine pro baculo utuntur cuius item in summitate præfixum caseum ori applicantes mandunt. Magicæ illos diuinationis ignaros Aristoteles ait in libro quem inscripsit imagicum & Dinon in quinto historiarum libro: qui Zoroastrem quoq; ex interpretatione nominis sui astroz asserit fuisse cultorem. Hoc ipsum & Hermodorus tradit. ægyptiis uero antiquores esse Magos Aristoteles auctor est in primo de philosophia libro: duoq; iuxta illos esse principia: bonum dæmonem & malũ dæmonem. Alterz ex his Iouem & Horomaldem: alterz plutonem & Arimanium dici: quod Hermippus quoq; in primo de Magis ait. Eudoxus quoq; in periodo: & Theopõpus octauo philippicoz li. Qui & reuicturos hoies iuxta magoz sententiam dicit imortalesq; futuros: & quæ sunt oia illorum precatiõibus durare: Ista Eudemus quoq; Rhodius tradit. porro Hecatæus deos quoq; secundum illũ esse genitos ait.